



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de
Coloniae Agrippinae, 1620

Feria Tertia Pentecostes.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

amore complecti, qui tãto te est amore profecutus; si tanta amoris vires fuerint, Deum vt expugnare potuerit; illumq; ad te inuicandum inducere; an non tanta ille etiam apud te fortitudinis erit, tuum animum vt expugnet, flectat & ad tam æquum amorem impellat, si tantum amoris robur in Deo fuerit, nullumque illius apud te sit pondus, quam merito amor illud Angeli ad Iacob dictum repetere & exprobrare poterit: Iacob enim timidus & metu percussus in patriam cum rediret, Angelus in itinere cum eo luctatus est, vtque illi omnem formidinem eriperet, hunc in modum illum est allocutus, *si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra hominem praualebũ?* Expostulat igitur amor quod aduersus Deum fortis fuerit, hominem tamen expugnare non potuerit: quod Deum expugnauerit, Filiumque suum dare & in terram mittere, naturam humanam assumere, mortem sufferre, crucem pati, Spiritum denique sanctum illum dare coegerit; homo vinci expugnarique nequeat, vel potius nolit. Iustæ profecto amoris expostulationes, & magnum hominibus opprobrium est. Nequaquam; Auditores, nequaquam, non ita est cum amore agendum, cor illi nostri aperendum, animæ replendæ, magnusque ille Deus diligendus, si non eo amore quod nos dilexit (hoc enim nulla ratione fieri potest) è toto saltem corde, & quantum vires & affectus sinent, dedit nobis filium, nos ter illi vicissim intellectus dandus; dedit Spiritum sanctum, demus illi voluntatem & animũ; ingrati enim alioquin audiremus, meritoque culpandi essemus, quod Deum qui nos tantopere dilexerit, qui que totus amabilis est, *(guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis)* ait in Canticis Sponsa diligere nõ potuerimus.

O benignissime, clementissime & dilectionis plenissime Deus, qui tanto mundum amore es profecutus, filium illi tuum vt impertiueris, mundum inquam peccatis plenum, morti adiudicatum, supplicio à tanto tempore coram iustitiæ tuæ tribunali additum. Quod propterea infiniti cuiusdam amoris argumentum est, vt pote qui nulla supponebat merita, sed infinitam è contra

demeritorum multitudinem. Recordare obsecro Domine, qui non minus liberalis quam potens es, amoris huius, huius intuitu nostra nobis delicta ignosce, & gratias tuas nobis impertire pergitto; cumque amorì velut causæ primariæ ascribendum sit, quod esse nobis dederis, mundum qui nobis palatii loco foret condideris, filium vnicum ad nos redimendos concesseris, Spiritum sanctum ad sanctificandos miseris; idem amor causa sit, & mouens, nobis vt salutem compares, & ad regni cœlestis fruitionem perducas, ad quod Patris & Filij & gloriosissimi Paracliti benignitate ac misericordia perueniamus, Amen.

FERIA TERTIA PENTECOSTES.

De Spiritu sancti donis hic potissimum agitur.

Partitio.

1. De spiritu S. generatim.
2. De VII. donis Sancti Spiritus, de que afflictorum.
3. De dono Sapientia & Intellectum.
4. De dono consilij & Fortitudinis.
5. De donis reliquis.

Et repleti sunt omnes Spiritu sancto.
Act. 2.

FIGURA.

Agypti Princeps Pharaon cum quadam nocte intempesta altum dormiret, ecce quiescenti septem frumenti spica plena & formosæ in culmo vnâ apparuere. Scio Iosephum somniorum interpretem hoc de futura regni fertilitate exponere; at ipse hodierna die expositionem somnii longius arcessens, mysteriorumque viam ingreßus, abundantiam Ecclesiæ hic tacite innui, ostendere conabor; mihi que persuasero, verum hoc fertilitatis, quæ Spiritu sancto in mundum veniente apparitura esset, iudicium existere. Ex illius enim essentia, velur culmo,

Cant. 5.

Gen. 41.

calmo, in Ecclesie agro septem præclara & diuina dona velut spicas gratiæ & abundantie excrefcere & enafci vidimus. O mysteria, ô mirabilia! quæ vt vobis digne fciteq; exponam, Auditores, tu gloriote Spiritus, cum tua hic potiffimum res tuaque gloria agatur, orationem noftram dirige, ingeniũ accommoda, cor fuffolle ac fublima, nobilique cognitionem impertite. Tuque facratiffima virgo gratiarum & benedictionis pleniffima nobis hic patrocinare: atque ideo communi harmonia Angelicam tibi falutationem impertimus:

A V E M A R I A.

Spiritus S. Inter cætera fymbola & hieroglyphica fa-
per plui- cra, Auditores, quibus tertia SS. Trinitatis
as& aquas persona, Spiritus fanctus, illiusque mirabi-
designa- les effectus in S. Scriptura denotantur, aquæ
tur. & pluiæ fapius & propemodum fem-
Iul. 1. per occurrere folent. Vnde Ioël Propheta:
Pfal. 67. *Effundam de fpiritu meo fuper omnem carnem.*
Iul. 15. Et Pfalmographus: *Pluuiam voluntariam fe-*
Iul. 4. *gregat in hereditati tua Deum.* Et Ifaias: *Omnes*
Apr. 21. *fontes venite ad aquas.* Item Euangelifta:
Qui biberit ex hac aqua, nõ fiet in æternum. Et
Apocalypfus: *Ego fitienti dabo de fonte aqua vi-*
na gratiæ. aliusque locis innumeris. Atque hæc
fatius ad propositum, & fecundum Spiritus
fancti effecta, vt enim homines fine a-
qua viuere nequeunt, nec terra fine pluiua
fecundari, ita nec animæ fine illo vitæ Spi-
ritu, impinguari. Hunc me loquendi morem
docuit Pfalmographus, qui cum animam
dulcibus cæli aquis priuatam cerneret, gra-
tia, inquam, Spiritus fancti, hac metaphora
ariditatem fuam expofuit, *Anima mea ficut*
Pfal. 142. *terra fine aqua tibi;* perinde ac fi diceret: *A-*
nima mea Deus meus, fine Spiritus tui aquis
arida eft quam maxime & velut ager pluui-
am defiderans; noli propterea mirari nullos
fi fructus præferat, fi in bonis operibus fteril-
ifcat; In quam rem egregiam figuram de-
promamus.

Sub Achab Rege cælum triennio & am-
plius nullam in terram guttam pluit, adeo vt
tanta per vniuerfam promiffionis terram a-
riditas & ficcitas inualefceret, vt putei, fon-

tes, fluminaque exarefcerent, atque homines
fimul & iumenta fame fitique morerentur:
at cum triennium iam euolutum efferet & E-
lias cum Rege ageret, horrendus fonus audi-
tus efferet; quo audito Propheta Regi ait: *Sonus*
hic multa pluiua efferet. Vix elocutus verbum e-
rat Propheta, quin aperto cælo mox pluiua
decidere omnemq; terram rigare: *Ecce cæli*
contenebrati funt & nubes & ventus, & facta
effet pluiua grandis; &c. Hanc vt figuram enu-
cleemus, Auditores, fciafis oportet, mundũ
tribus annis fuma in ariditate fuiffe; pri-
mus annus erat ftatus legis nature; fecundus,
legis Mofaica; tertius, interea dum Prophe-
ta viueret; & toto illo triennio cælum ar-
ctiffime claufum manferat, faltem fpiritu-
liter, & quo ad intuitum gratiarum dono-
rumq; cæleftium, adeo vt in animabus ho-
minum fuma ficcitas & fitis appareret. At
cum Elias nofter Chriftus in montem cæli-
cum in die Afcenfionis confcendiffet, & die
Pentecoftes fonus exauditus efferet, *(factus efferet*
repente de cælo fonus tanquam aduentus fpiri-
tus vehementis) omnes omnino Propheta di-
xere, euident hoc futura pluiæ fignum efferet,
& fanè in magna copia imber decidit, cæli
cataraftæ referatæ, & aquarum vitæ fontes
aperti fuere. Adeo vt vetera illa miracula
Mofaica renouata hic videam, de quibus in
Pfalms fcribitur: *Percuffit petram* (id efferet,
Chriftum in Paffione) *& fluxerunt aqua, &*
torrentes inundauerunt. Postquam enim la-
pis ille angularis Chriftus, cruce percuffus
fuit, aqua gratiæ fluere, & torrentes fancti
Spiritus inundare cæperunt. Pfal. 67.

Pfalmographus ante omnes hunc fcopum
feriens, magnam nobis pluiam in memo-
riam reuocat: *Pluuiam voluntariam fegrega-*
bis Deus hereditati tua. Quod Patres omnes
de Spiritus fancti gratia intelligunt, idque
ex mente Propheta cum enim dixiffet, cæ-
los eorum Deo diftillauiffe *(Etenim cæli di-*
ftillauerunt à face Dei Ifrael) eundem ipfum
Deum, velut pretiofum quoddam monile,
pluiam voluntariam, id efferet, Spiritus fan-
cti gratiam, fegregaffe, quam in Ecclefia fua
fidelibus referuauit. Hoc vero fenfu hunc
locum interpretatus Bellarminus. Cæte-
rum Spiritus fanctus, qui omnium gratiarũ
auctor

auctor est, pluuia voluntaria appellatur, ob quod non eo merita nostra nec ob opera bona, sed gratis, exque mera Patris æterni voluntate descenderit; vel quod verbum æternum secunda in Trinitate persona à Patre per intellectum procedat, ac velut intellectualis quædam pluuia sit. At quoniam Spiritus sanctus, quantum ad amorem, à voluntate procedit, idcirco pluuia voluntaria dicitur, sed quæ hereditati diuinæ duntaxat referuata sit, eo quod Spiritus sancti gratia non nisi fidelibus, qui in Ecclesia sunt, confertur. Spiritus sanctus igitur verarum aquarum fons est, & forsan ille, quem sponta in Canticis puteum aquarum viuientium nuncupat, *puteum aquarum viuientium, &c. quæ fluunt cum impetu de Libano.*

Cant. 4.

Gen. 2.

Apoc. 22.

Ioannes in Apocalypsi visiones sibi ostensas recensens ait inter alia, ostensum sibi fluuium aquarum viuientium, sed instar Chrystalli splendidi qui à sede Dei & Agni throno procedebat, *Ostendit mihi fluuium aquæ vitæ, splendidi tamquam Chrystallum, procedentem de sede Dei & Agni:* fluuius hic Spiritum sanctum repræsentat, qui in modum magni fluminis procedit à sede Dei, id est, ab Essentia Patris, qui singulari quadam ratione Deus appellatur, eo quod prima persona diuina producta sit, sed non à sede Dei solius procedebat, sed à sede Dei & Agni, ad ostendendum Spiritum S. non à Patre solum procedere, sed à Patre simul & Filio; & non nisi de vna sede hic sermo, vt hinc pateat, vñ eandemq; virtutem trium personarum esse vnum thronum; maiestatem vnã & perfectam æqualitatem in omnibus, & in eodem subiecto mirabili quadam ratione maiestatem Patris & amorem Spiritus sancti conuenire, præter mentem Poëtæ:

S. Spiritus
procedit
à Patre &
Filio.

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur, Maiestas & amor, &c.
eo quod non nisi vnica illorum essentia sit, ac tribus communis.

Cant. 4.

In Canticorum libro mentio est fontis cuiusdam pellucidi, qui *fons horiorum* dicitur; nisi iudicans fallor, verum hic Spiritus sancti symbolum est; ille enim verus horti Ecclesiæ fons est, at fons adeo altus & scaturiens, vt magna per orbem terrarum flumi-

na miserit. Ita namque prædixerat Psalmista: *Eleuauerunt flumina Domino, eleuauerunt flumina vocem suam.* Porro hæc flumina fuere Apostoli, qui velut torrentes & fluuij doctrinæ à Spiritu sancto originem trahentes, per vniuersum terrarum orbem fluxere & intumescere.

Mox vt primus mundi incolæ Adam in Paradiso terrestri collocatus fuit, ecce magnus & patulus fluuius loco voluptatis egrediebatur, qui omnem circumquaque locum aquis suis irrigaret: *Ecce fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum.* Neminem fore existimo; qui mihi vitio vertat, si Spiritui sancto hoc accommodauiero cum Scriptura illum sæpius fluuiis & aquis comparet: constat enim ab eo tempore, quo nouus Adam noster Christus cælum ingressus est, vix decem elapsis diebus è loco illo voluptatis, Spiritus S. fluuium egressum esse, at fluuium, qui omnes Ecclesiæ agros circum vndique irrigaret. Audite vt hoc Propheta insinuet, *fluminis impetus latificat ciuitatem* Der: loquitur hic de flumine quodam violento & impetuoso, quod Spiritus S. vere violentus, terribilis, inque omnibus operibus vehemens sit, torrens sit, Euripus sit.

Referunt historici, & Mela imprimis occasione Euripi, in Bœotia Euripum quemdam esse, qui septies de die recipiente cursu fluat, & refuat, cuius reciprocatio nullus vnquam Philosophus rationem causamve reddere potuit: quin tradunt, Aristotelem cum miraculi huius rationem inuestigare non posset, desperantem indignatamque in eundem se præcipitem dedisse. Credite, si libuerit, per me quidem stat; sed hoc quidem constat, Spiritum sanctum verum torrentem esse, testatur hoc Scriptura: *Spiritus eius, inquit Esaias, sicut Torrens mundus.* Verum etiam Euripum, sed penitus supernaturalem, qui quotidie & nulla non diei hora septem fluxus & refluxus habet, septem, inquam, dona, quæ Ecclesiæ elargitur. Sp. sancti An non enim sæpius iam in Ecclesia auditis, *Tu septiformis munere.* At fluxus & refluxus hi adeo mirabiles sunt, processio illius hendi æterna à Patre & Filio, temporalis illius missio in terram, donorum illius communicatio

caro, gratiarum largitas, aliaque innumera, adeo inuoluta & obicura, nulla ut creatura eadem comprehendere potuerit, & plurimum ad rei veritatem pertingere non valent, à maiestatis illorum voragine absorpti misere perierunt.

Plinius scripto prodidit Ægypti fluuium Nilum, qui ex inferiori Mauritania ortum habet, certis anni mensibus ripas transilire, late stagnare & pluuiarum loco omnem circumcincta regionem fecundando irrigare, atque hunc septem in mare Mediterraneum ostiis deuolui, vnde Poëta:

Et septem gemens turians trepida ostia Nili.

Quod natura in fluuio illo operatur, ipsum omnipotens Deus in Spiritu S. nos vult admirari: ipse enim ingens & late patens flumen, ut scriptura ait, *flumen Dei re, letum est aqua*; ipse nouus quidam Nilus, qui à montibus caelestibus originem & exordium trahens, in Pentecostie cum exundasset, ut pluuiarum quibus indigebamus vices suppleret, septemq; ostiis, id est, septē donis suis, decurrisset, vniuersum mundi regnū late irrigauit.

II. Ipse proculdubio magnus ille fluuius, de quo Prophete loquuntur, quem se in septem diuisurum riuos Deus olim promisit, *Et oleuabit manum suam super flumen in fortitudine, Spiritus sui, & percussit eum in septem riuos.*

Quamuis enim hoc ad litteram de Nili ruina intelligatur, quem, cum velut vallum Ægypti sit & externos excludat, ne limites regni transiliant & depopulentur, in tot se riuos Deus in eorum castigationem dispersiturum comminatus est, ut ab vnoquoq; vadari possit, quos aduersarij tranātes ad regni populationem sese accingent. Hæc Hieronymi interpretatio. At si tropologice & allegorice procedere velimus, credendum aut saltem cogitandum est, hoc non in scite & non temore de Spiritu sancto intelligi posse.

Magnus enim ille Deus cum potentia manum super latum illud flumen gratia leuasset, in septem illud riuos, id est, septem dona, quæ Ecclesiæ communicat dispersiturum emisit De hac porro materia vobis hoc horæ spatio locuturus sum: ac primo de septem illis donis in genere agens: deinde ad vnumquodque singularim descendam. Vos aures

duntaxat accommodate, materiam vobis ipse præparabo.

Primo igitur magnus Propheta Uaias *Cap. ii.*

Messia dignitatem, Spiritus sancti maiestatem eiusque donorum numerum recensens, septenario illa circulo comprehendit, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet & requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientia & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientia & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Obscura hæc sunt, & ænigmatica: sensus tamen est super Iesum Christū, qui ex essentia & radice Iesse aui Dauidis, nasci debet, idque per

Deipatā virginem, fore ut Spiritus S. requiescat: *In ipso enim complacuit omnem plenitudinem diuinitatis in habitare,* ait Apostolus. Hæc

scilicet dona sunt, de quibus idem in Epistola ad Ephesios loquitur: *Ascendens Christus in altum Coloss. 2.*

captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: id est, dona Spiritus sancti sapientia, *Ephes. 4.*

intellectus, consilij, fortitudinis, scientia & pietatis & timoris Domini. Annon hic septē?

an non præstantia & diuina quædam dona? an non hinc discamus licet Spiritum sanctū, quamuis vnus & idem sit, fontem & principium omnium donorum caelestium esse? ac neminem sine ipso sapientem esse, non ingenio pollere, non recte consulere, non viriliter agere, non scientiam nancisci, non pietatem fouere, nec timorem Dei in animo nutrire posse? Cæterum hæc omnia Christus nobis attulit. Ille enim Spiritum S. emittendo, septē hæc dona eadē opera dedit: quoniam enim est causa causæ, est causa causati, ut aiunt Philosophi.

Docent Astrologi, & ratio ipsa experientiaq; ostendit septem in cælo planetas esse, à Spir. dona quorū influxu directioneq; omnia dependēt conferunt inferiora; sed illos ipsos à primo mobili, quod tur cum motum illis indit, in occidentem impellit: & 7. Planetis.

A naturalib. ad supernaturalia & diuina transcendens, cū septem Spir. S. dona, eorumq; in hæc inferiora influxum considero, septem mihi astra, vel septem nouos planetas, videre videor, à quorum virtute influxuq; omnis animatū directio ac regimē dependent, quæque ipsa à primo mobili *(in quo vniuersus motus & sumus)* id est, Iesu Christo, qui hæc nobis.

Septem S. *Act. 17.*

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

Ab vno polo ad alterum incitat, dependere.

nobis dona contulit, ac sine quo Spiritus S. numquam se loco mouisset, nec in terrâ descendisset, dependent. Hoc siquidem ipse testatur apud Ioan. dicens: *Expedit vobis, ut ego uadam: nisi enim abiero, Paraclitus non ueniet.*

Præterea ut constet, cur sacra hæc dona ad septenarium numerum redacta sint, dicendum est primo, numerum septenarium in Sacra Scriptura pro indefinito accipi & indeterminato, ut *septies in die laudem dixi rebus*: id est, sæpius. Item, *septies in die cadit iustus*, id est, aliquoties, & aliis in locis. Deinde: Dona Spiritus sancti hoc numero circumscripta esse, quod hic in sacris literis ut mysteria & notabilis habeatur, quod magna mysteria contineat, & septem hæc dona sub egregiis figuris recondat.

Aaron & filij illius cum initiarentur, & in sacro munere cōsecrarentur, Moyses missam agens, altare septies resperfit, atque illud & omnem illius suppellestem oleo unxit, cumq; sanctificans aspersisset altare septem vicibus, unxit illud & omnia uasa eius.

De antiquis hęc testimoniis agens Paulus, ait, *omnia in figuris coningebant illis*. Quod sequendo dicendum est, ut figura mysterio, umbra veritati respondeat, hinc denotari in die quo homo & omnes Ecclesiæ fideles sanctificantur, Christum summi Pontificis officio fungentem (iuxta Apostolum, *Christus autem assistens Pontifex*) cor hominum, cuius ara figura erat, dedicaturum & septem Spiritus sancti donis septies resperfurum. Intellexisse hoc Dauid visus est, dicens: *Asperges me Domine hyssopo & mundabor*. Et gratia Spiritus sancti, qui est *spiritualis unctio*, eiusq; potentiis circumsecus illud uncturum. Adeo ut septena hæc resperfitio dona Spiritus sancti denotaret, sed ecce & alia figura.

Ezechiel Propheta inter cæteras visiones recenset unam, qua vidit candelabrum aureum, quod septem in hastili lampades contineret, *Eccce candelabrum aureum, & septem lucerna eius super illud*. Eiusdem quoque candelabri Numerorum libro fit mentio. Verum cum opus hoc penitus eiusq; lampades propius intueor, dicere cogor, aureo hoc candelabro Spiritum sanctum, in medio cæli, ac deinde in medio Ecclesiæ collocatum,

septem vero lampadibus septem eiusdem dona, quibus animas illuminat, & circumquaque illustrat: ut quæ salutaria, quæ vero noxia sint circumspiciant, denotari. Ideoq; in Apostolos in forma ignis, qui natura sua illuminat, illustrat, & tenebras dispellit, descendisse scribitur.

Et sane Spiritus sanctus magnus ille sol est, magna illa facula, magnus ille illuminator, de quo loquitur Dauid: *Deus meus illumina tenebras*, id est, Tu sancte Spiritus, qui Deus es, ac præsertim meus, quique opulentum illud candelabrum es, quod vndique collucet: tenebras meas illustra, caliginem dispelle, nebulam meam euolue, qui deinde alios, ut ad lumen hoc accederent, inuitans ait: *Accedite ad eum & illuminamini*; vos, inquam, qui in tenebris versamini, quique talpa cæciores estis, ad solem hunc accedite, eiusque lumen admittite. Et alio item loco, *Deus illuminat cæcos*, id est, Deus Spiritus sanctus adeo lucidus & resplendens est, ut cæcos illuminet, tenebras in claritatem, nebulas in lumen, noctes in dies conuertat. Atq; hoc modo locutus alias est idem Psalmodographus: *nox sicut dies illuminabitur*. Quanta igitur, anima, tua felicitas est, quæ tanto lumine circumdaris.

An non relucere ac splendere Mosaicum tabernaculum par erat, cum in illius medio splendidum hoc candelabrum septem lucernis instructum, erectum fuit? An nõ quoque multo clarius & splendidius fuit templum Salomonis, cum ignis quidam supernaturalis, cælo delapsus, ipsum compleuit, omniaque holocausta & victimas deuorauit, ipsaque Domini maiestas splendore & gloria omnia circumquaque illustrauit. At multo anima collucet splendidius, multoque magis rutilat cum Spiritus S. ignis in eadem descendit, cumque diuinum illud candelabrum cum septem suis donis, quæ septem lampades & lucernæ sunt, in eadem resplendet. Tunc siquidem animæ fiunt tales, quales describit Apostolus: *Ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum*.

Cum noctu & in tenebris in atrio fax accensa resplendet, omnia lumine replentur, nihilq;

38

Simile. nihilque est quod non appareat: At si septem vno eodemque tempore accendantur, maius sine dubio lumen erit, ac nox in diem, in solē luna cōmutata videbitur. Cum igitur Spiritus sanctus animam aliquam, septem donis suis, quæ sole resplendent clarius, ingressus est: quis ibi fulgor, quod lumen in atrio illo appareat necesse est? tunc omnia clarissime collucet, tunc intellectus clarescit, tunc voluntas velum induit, tunc memoria vires acquirit, tunc concupiscentia debilitatur, tunc appetitus effrenis retunditur, atque omnes mundi vanitates clare patebunt, tuncque illud Psalmographi dictum vere ita se habere cōvincitur, *Et nox sicut dies illuminabitur.*

Sed ad figuras nostras redeamus. Zacharias Propheta ad populum Dei ē captiuitate Babylonica reuertum, consolandum missus, vidit olim lapidē septem oculis instructum, qui omnes diligenter ac sedulo excubarent, *super lapidem unum septem oculi sunt.* Hanc visionē vt exponam dico per lapidē hunc Christum Dominum repræsentari: ita enim illum Apostolus vocat, *Petra autem erat Christus:* per septem illius oculos septem Spir. S. dona, quæ Christo data fuisse Propheta testatur, *Et requiescit super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientia & intellectus:* acq; hac ratione locum hunc Propheta exponit Diuus Hieronymus, & doctissimus Hector Pintus, per septem hosce oculos omnem Spiritus sancti plenitudinem, quæ in Redemptoris anima apparuit, intelligentes.

Cuius rei & aliam in Apocalypsi Ioannis figuram legere est. Ioannes enim in Pathmon relegatus, vidisse se refert inter quatuor animalia, iuxta thronum Agni & in medio seniorum, agnum stantem, velut immolatum, septem cornua gerentem, & septem oculis instructum. Verba audite. *Ecce vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium & in seniorum agnum stantem taxquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem.* En agnum vere prodigiosum, septem qui cornua, & septem habeat oculos: agnus hic Iesum Christum repræsentabat: qui hoc in struis ligno pro mundi totius salute immolatus esse, hoc nomine dictus est: atque hæc est ratio Origenis, ideoque per quoridia-

num illud veterum Sacrificium designatus fuit, in quo quotidie iusserat agniculos immolari Deus: *offeretis agnos anniculos immaculatos quotidie in holocaustum:* Sic septem vero cornua potentia illius magnitudinem denotabant: cornu enim in sacris pro robore, potentia dignitate, imo & pro regia auctoritate accipi constat vt apud Zachariam quatuor imperia orbis & monarchia cornua appellantur: & apud Psalmistam: *illuc producam cornu Dauid:* in libro primo Regum: *sublimabis cornu Christi sui.* Per oculos vero septem illuminationum illius multitudinem intelligamus oportet, idque per septem Spiritus sancti dona, & prouidentia illius, quantum ad Ecclesia directionem, varietatem: numerus enim septenarius vniuersitatis & perfectionis symbolum est apud sacros scriptores.

Et sane septem hæc dona totidem sunt oculi, quibus cum anima instructa est, omnia lustrat, vndiq; dispicit, ac circum circa contempletur, nihil vt sibi nocere possit: sapientia & intellectus duo sunt oculi, quibus superna & cœlestia contemplantur: fortitudo & consilium ad internoscendum, quid vtile, quid noxium: scientia & pietas, quibus naturalia & sancta piaque dignoscantur: timor denique oculus omnium præstantissimus, quo futura præuideat ac discrimina instatia præcaueat. Adeo vt anima; quæ tot habeat oculos, nouus quidam Argus sit, similis animalibus illis Ezechielis, quæ oculis plena ante & retro describuntur, *totum corpus oculis plenum:* ac deinde apud Ioannem Apoc. *Animalia plena oculis ante & retro.*

Addo insuper, septem hæc dona non oculorum modo & facularū loco, anima esse, vt per illos videat & illis illustretur, sed fortitudinis etiam & roboris, quo eam defendant, & inuincibilem præstent. Putabant Philistæi, Samsonem captiuum & septem neruis colligatum, euadere non posse: sic anima quam Deus septem Spiritus S. donis velut vinculis fortissimis colligauit, à dæmonibus expugnari, & à mundo intercepti nequit: Dauid vero ad animam in tuto collocandam vno horum vinculo se colligatum esse gaudebat, atq; hoc sufficere putabat: quapropter ait, *Confige timor carnis mee.*

Septem dona Spir. S. septem oculis cōferuntur.

Ezech. v. Apoc. 6.

Dici-

Prou. 9. Dicitur in prouerbis sapientia domum ædificasse, & septem illi ad soliditatem columnas ac fulcra subiecisse; *sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem.* Dicamus igitur ad mysterium designandum, Iesum Christum sapientia & domo, Ecclesiam, vel si maui animam, denotare, & septem illis columnis septem Spiritus sancti dona, quibus Ecclesia, velut septem basibus innixa, & anima stabilita est: sed adeo firmiter ut succumbere & commoueri nequeat. Exemplo fit

Iob. 17.

Iob, qui libere de hac tutela professus est, *pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Quasi diceret, tibi me admoue Deus, Spiritus S. tui donis animam meam offirma, ceteraque aduersantia interea desæuiant: Torus in me insurgat orbis: me tamen indemnem abiturum confido. Quam valida Deus bone bases! quam infracta fulera! sapientia animam aduersus superna fulcit, fortitudo aduersus pericula offimat, consilium aduersus difficultates obdurat, scientia in dubiis & controuersis illuminat, timor vero aduersus futurorum discriminum armat cõsistens. Sed ô dona admirabilia! dona vere magnifica! dona inquam, quæ animas mortuas ad vitam reuocatis!

4. Reg. 4.

Elisæus viduæ Sunamitidis casam ingressus cum esset, & super extincti corpus superincubisset, puer post omnes illas ceremonias, oculos aperuit, & septies oscitauit, atque ita quam primū resurrexit vitamque recuperauit, *Et ascendit, & incubuit super eum, & oscitauerunt puer septies, aperuitque oculos.* Mysticū hoc fuit, denotabaturque, Deum, omnium Prophetarum Regē, cum in mundū veniret, qui peccato mortuus erat, superque naturam nostram incubisset, effecturū ut septies ille respiraret, idque septem Spiritus S. donis, quæ Ecclesie suæ communicaret, itaque resurrectionem eausaretur, vitamque redderet. Equæ Deus mirabilia. Dicitur in *Isai.*

Isai. 4.

Apprehendent septem mulieres virum unum in illa die dicentes, innocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. Locum hunc mystice exponens Origenes per 7. hæc mulieres, 7. Spiritus S. dona intelligit, item S. Cyprianus in exhortatorio ad Martyres: atque ambo docent, diem quo noua hæc res euentura sit, non alium fore,

quam diem redemptionis, in quo *septiformis* *Hom. 3. in Ecclesia septiformi spiritu completur.* Ecclesia septem Spiritus S. donis perfecta, fide & charitate Iesum Christum apprehendit, illumque deprecata est, suum ut opprobrium auferret, honorem tueretur, ne ludæi impostero sibi insultarent, ac ob idolorum adorationem traducerent. Quid de hæc vobis figuris videtur: sed addam & alias.

Iericho vrbs regno Chanæa contermina & *Ios. 6.* idololatriæ plena, non sine miraculo capta *Tubis septem col-* fuit, & muri illius ad clangorem tubarum *lata dona* cædotalium ad terram conciderunt, *Spir. 3.* igitur omni populo vociferantibus, & clangentibus tubis muri illi *Spir. 3.* corruerunt. Mūdus hic, auditores, vera quædā Iericho est, peccatoribus & idololatriæ plenus. 7. & Spir. S. dona tubæ quædam bellicæ sunt, quibus magnus ille Deus prodigiose animos cõuertit, omnesque vanitates & superstitiones mundi destruit & euertit. Quænam Deus bone, tuba & sapientia? ecquæ bucina consilium? ecquis lituus fortitudo? quæ procul sonus hic exauditur? Hinc forsan *Isaiæ* Prophetæ Spiritu pleno imperatum fuit, *Esai. 58.* *Quasi tuba exalta vocem tuam.* Apostoli quoque postquam Spiritum S. recepissent, ita vocem exulere, *Psalm. 113.* ut per omnes terrarū angulos fuerit exaudita, non secus quam si tubis insonuissent: *in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Hinc forsan Apocalypticus Angelus, qui Dei Filii imaginē gerebat, qui omnem Spiritus S. plenitudinem continebat, vocem tubæ instar habuisse dicitur, *Esai. 58.* *Et vocem primam quam audiui, tamquam tuba loqueris mecum.* Harum tubarum sonitu & Ecclesie suæ arca Deus inferiorem hunc mundum expugnat, peccata profigat, perniciam domat, obrurationes emollit, hypocrisim detegit, animasque ad se conuertit. Mirum fortalle cuiquam videbitur, septem illa Spiritus sancti dona tubis bellicis quod comparem: verum ut mirari desinatis, eadem etiam tonitruis comparabo.

In Apocalypsi septem tonitruorum fit mentio, quæ Ioannes coram throno Dei viuentis audiuisse se scribit, atque vocum humanarum instar reboarent, *Esai. 58.* *Et locuta sunt septem tonitrua voces suas.* Quid nam opinione vestra *Septem*

Septem hæc tonitrua denotabant: cui illa potissimum rei assimilaueritis, quam septem tonitrua sunt, quæ noctu & interdiu à throno diuino proficiscuntur, vt ad eorū fragorē peccatores euigilent, caput sustollant, perq; eorum conscientias clangant. Ecquid tonitru est, sapientia, quæ per compita clangit & horrendè boar? *sapientia clamitat in plateis.* Quod tonitru consilium, quo tot animæ excitatæ paupertatem amplexæ sunt, & mūdo valedixerunt? quod tonitru fortitudo, quæ tot martyres vitæ prodigos morti se offerre, ac sexcenta supplicia cruciatuque extremos coegit ferre? Quod tonitru timor, qui tam varios perterritur, vt diuinorum iudiciorum furore, mortis discrimine, inferni cruciatibus delictorum castigatione aliisq; rebus terribilibus sibi ob oculos positis, ita consternati sint vt huius delictis repudiatis, pœnitentiam amplexi sint, vitamque religiosam duxerint.

Vera hæc profecto tonitrua sunt, quibus nos in hoc inferiori orbe compelleret, atque ita voce humana loquebantur. Sunt quin etiam insignes quidam gradus, quibus ad cœlestè domicilium ascendamus. Atq; in huius rei figuram ait Ezechiel Propheta, vidisse se septem gradus, quibus ad templum ascendebatur, *et tem graduum erat ascensus.* Cœlum vero quam superbum & magnificum templū est: Crucifixus illius est Christus, at virgo Deipara imago illius primaria, at septem Spiritus sancti dona, septē gradus sunt, quibus ad illud ascenditur, & quorum adminiculo datur accessus: ipsa sunt scala Iacob, cuius primus gradus est timor Domini, *nam in ipsum sapientia timor Domini: secundus scientia, tertius pietas, quartus fortitudo, quintus consiliū, sextus intellectus, septimus deniq; sapientia.* O præclaros gradus! ô diuinam ascensionem! ô dona admirabilia! sed iam satis superq; in genere de septenario hoc donorum numero locuti sumus, iam in particulari de iisdem agendum, quod in secunda concionis parte me facturum receperam.

III. Dona hæc Spiritus sancti bina

par, sapientia & intellectus: & ambæ qualitates quædam supernaturales, quæ ideo cōnumerantur, quod sapientia pariat intellectum, tur. intellectus autem nihil omnino sit sine sapientia, vt autem colligatur, dona hæc Spiritus sancti esse, ideo in prouerbiis dicitur, *torrens redundans, fons sapientia.* Ac deinde I salmista de Deo loquens, quod etiam Spiritui sancto conuenit, ait sapientia illius nec finem nec numerum esse, *Et sapientia eius non est numerus: quibus verbis edocemur, quod quæ Deus sapientia sua nouit, numerari non posse: sapientia enim cognouit quidquid in rerum natura exitit, existit, & tandem etiam existeret & existere potest, quamuis id etiam nunquam è causa sua primaria producendum, & in theatro naturæ appariturum sit. Imo vero omnia nouit verba, cogitationes & desideria, quæ fuere, sunt vel vniquam futura sunt. Denique nouit quæcunque in diuina illa essentia delitescunt, omnes illius perfectiones, attributa, imo & profundissima diuinitatis arcana, quæ omnia sine numero & mensura sunt, ac proinde, sapientia illius non est numerus.*

Sed notandum hic occurrit, duo sapientia genera esse, cœlestem vnam, alteram terrenam, & alteram ab altera maxime differentem, & diuerso è ludo profectam. Mundus quidē sapientiam edocet, sed apud Deum mera stultitia est, ac quos mundus omnium credit sapientissimos, fatui apud Deum habentur. Ita porro Apostolus Philosophatur prima ad Corinth. apud quos sapientes plurimi olim exstiterant, & sapientia in pretio habita fuerat: quos omnes stultos ac fatuos fuisse asseuerat, ac iudicio destitutos. *Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum.* Et Romanis scribens, qui tanti se existimabant, politicamque gubernandi prudentiam extollebant, hanc eis promissionem proponit, *sapientia carnis mors est.* Et merito, si enim inquirere voluerimus, certissimum hoc esse comperiemus, an non enim mundus sapientes & prudentes illos habet, quibus in terra fortuna arridet, qui ab omnibus honorantur, qui ad maiores dignitates pertingūt, qui facultates & diuitias quam amplissimas possident. Interea tamen Christus diuitem illum

Duplex sapientia.

1. Cor. 3.

F illum

Tom. 2. Pars Æstiuæ.

illum Evangelicum stultum & fatuum com-
pellat, *Dixit autem ille Deus, stulte hac nocte
repetent animam tuam à te, &c.*

Luc. 12.

Alterum sapientia genus coeleste est, atq;
hæc inter reliqua Spir. S. dona Principem
locum obtinet, quæq; non nisi paruis & hu-
milibus communicatur. Quam opinionem
meam Psalmographus confirmat dicens, *sa-
pientiam præstans paruulo*. Atque hoc sensu in-
telligenda sunt verba illa Christi, *Confiteor
tibi Pater, Domine cæli & terra, quia abscondisti
hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti
ea paruulis*. Quo ostendit rerum sublimium,
mysteriorum coelestium, secretorū diuino-
rum cognitionem, prædestinationem, re-
probationem aliæque mirabilia, quæ per sa-
pientiam percipiuntur, prudentibus, sapien-
tibus, & sublimibus mundi philosophis ab-
scōndita fuisse, qui in iis quæ coelestia con-
cernebant, non nisi bruti, bardi & ignati es-
sent, quæque non nisi paruulis & humilibus
communicabantur, quibus horum reuelationem
cognitionemque Spiritus sanctus reuelabat,
sapientiam præstans paruulis. O bea-
tum doctorem! & ter felices in illius ludo
quiescenti fuerint! neque enim ego sum qui
hanc illis felicitatem auguror, sed sacra scri-
ptura ait enim: *Beatus homo qui inuenit sapi-
entiam*.

Psal. 18.

Matt. 11.

Sapientes
mūdi stul-
ti apud
Deum.

Brev. 2.

Ecl. 7.

Psal. 72.

Et reuera mundus non nisi stultus quidam
est & fatuus, sapientia caret: ac de ipso illud
sapientis oportet intelligas, *stultus sicut luna
mutatur*, id est, mundus, qui per autonoma-
siam & præ ceteris stultus dicitur, quiq; lu-
na instar conuertitur: vera autem sapientia
cælo descendit, & à solo Spiritu sancto dari
solet. David Rex quamuis Regum omnium
sapientissimus & in rerum administratione
solertissimus fuerit, aperte testatus nullam
in mundo sapientiam & mentem apparere,
stupiditatem & stoliditatem libere profite-
tur, seque coram Deo ut iumentum esse
confirmat, *ut iumentum factus sum apud te*:
quasi diceret, *Quis qualisue sum Domine in
mundi negotiis verum dicor ora ulum, sed
coram te & in mysteriorum tuorum con-
templatione merum sum brutum & morta-
lium stupidissimus*. Videbitis illum deinde
coram diuina maiestate in genua prouolu-

tum, & ardenti animi vocisque contentione
sapientiam postulantiem, *da mihi intellectum,
& scrutabor legem tuam*. Id est, velim Domine
legem tuam intelligere, eiusque profundita-
tem rumari, sed ingenii bolis eatenus non
pertingit: atque ideo supplex intellectum à
te postulo. In sequentibus quoque preces in-
geminando & importunus instans exclam-
mat, *intellectum da mihi & vitam*: quasi di-
ceret, Ita mihi mea, Domine displicet igno-
rantia, & mentis stupor, vt nisi ingenium
illustres, & mentem exacuas, viuere in mun-
do vix possim.

At mox vt Deus sensus illustraturum, in-
genium redditurum, & sapientia condeco-
raturum se promittit, dicens, *intellectum tibi
dabo; & instauram te*: quam primum hoc se do-
num extollens, omnium se mortalium sapi-
entissimum esse gloriatur, *super omnes adentes
me intellexi*, ac deinde *super senes intellexi*.
Quasi diceret, quam peritus & gnarus do-
cendi tu doctor es Domine! Deus bone, ex
quo ludum ego tuum frequentare cœpi. ex
quo me docuisti: omnes seniores rerum pe-
ritia pollentos antecellui & super magistros
meos efflorui. Quis igitur Spiritum S. sapien-
tia: doctorem neger?

Ipsè, ipse inquam, idiotas & bardos reddit
eloquentissimos, ipse ignaros, Philosopho-
rum doctores constituit: ipse Regem Salo-
monem omnium mortalium sapientissimū
effecit, *Dedit Deus sapientiam Salomoni*: &
eam sapientiam, quam omnes coram audi-
re, & in quo illa habitaret, Regem videre
summo opere desiderarent. Ita enim in sacra
historia scriptum, *Omnes auferabant videre
factem Salomonis, & audire sapientiam eius*. Ipse
magnus ille Doctor est: qui iam inde à mū-
di exordio publicū ludum habuit, & omni-
genam sapientiam edocuit. Quam vero eru-
ditos & peritos habuit discipulos? Ipse edo-
cuit Angelos, quibus eodem, quo esse dabat,
tempore, rerum omnium simul notitiam de-
dit: ipse primum generis humani Patrem
ita excoluit & formauit. Doctorem vt con-
stituerit, mox vt in hominem formauit. Ipse
Noachum naupegiam edocuit, arcam vt fa-
bricaret, qua diluuium euaderet. Ipse Ioluz
ephemeridem & astrologiam ostendit, qua
solem.

Spiritus S.
vera sapi-
entia: au-
ctor.

1. Reg. 4.

2. Paral. 1.

1. Ios. 10.
Gen. 6.

solem medio die sisteret. Ipse Moysi Rhetorices precepta dedit disertumque illum reddidit, cum illum ad Pharaonem Egypti Regem destitaret. Moyses quippe suam ineptiam testatus ait: *Obsecro Dominus, nō sum eloquens: sed quamprimum audiit, perge ego ero in ore tuo. Et docbo te quid loquaris:* tantamque tibi indam eloquentiam, omnes ut eandem sint demiraturi. Quid vultis amplius? ipse summus doctor est, qui in die Pentecostes, Apostolos tam doctos reddidit, cumque nullam unquam literis operam dedissent, numquam ludum frequentassent: tantam illis scientiā clanculo inspiravit, ut Græciæ sapientibus ora obturarent, & Platonem, Socrates, Pythagoras & Aristoteles coegerint obmutescere. O miracula! ô paradoxa! vnicō momento miscellos piscatores duodecim ita polliuit & edocuit omnium gentium linguis, ut loquerentur: *loquebantur variis linguis Apostoli*, itaque instruxit, ut doctissimorum Philosophorum gnomas, opinionesque confutarent, omnesque terræ Magnates & Monarchas coegerint obmutescere. Atque hoc illis in Evangelio Dominus vivens pollicitus est: *Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere & resistere omnes adversarii vestri: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, &c.* Atque hoc nomine apud Corinthios gloriatur Apostolus, *loquimur sapientiam inter perfectos, quam nullus Principum huius mundi cognovit, nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.* Quare continere me non possum, quin cum Plalte exclamem, *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* At iam reliqua dona Paracliti prosequamur.

IV. **Cōsiliū & fortitudo.** Post sapientiam & intellectum sequuntur duo alia dona, Cōsiliū & fortitudo: illo ardua & sublimia captique difficilia intelligimus: hac eadem in actum cogimus & exsequimur. Cōsiliū enim sine fortitudine, & fortitudo sine cōsilio nihil omnino est: sed utrumque ubi confluerit, & vno in subiecto inuētum fuerit, rum demum magnum quid & diuinū nascetur. Egregio hoc ipsum Alciatus Emblemate expressit, pinxit siquidem hinc Vlysem mortalium vaserrimum & in cōsiliis captandis dexterimū, illinc vero

validissimum Græcorum Diomedem hoc addito symbolo, *unum nihil, duos plurimum posse:* id est, Cōsiliū sine robore, Vlysem sine Diomede nihil omnino esse, sed tum demum præclarum quid effici, cum ambo concurrunt.

Veteres quoque prudentem & cordatum virum repræsentaturi, duplicem pinxere Mercurium, iuniorem vnum, seniore alterum: hic cōsiliū & prudentiam senibus propriam, ille fortitudinem & animos, qui in iuuenili ætate apparere solent, designabat: sensus ænigmatis erat: eum, in quo robur, prudentia, vires & cōsiliū connubium inierint, perfectum & egregium virum esse; Spiritus sanctus utrumque donat: de fortitudine quidem testatur Plaltes: *ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ:* alibi quoque *turris fortitudinis à facie inimici* appellatur. De cōsilio vero idem alio loco locutus, vniuersum ei assignat, *Terribilia in cōsiliis sua per filios hominum:* quasi diceret, Tu ô sanctissime Spiritus, omnis cōsiliij fons & auctor es, tuque terribilia dare cōsilia soles, & ab hominum cōsiliis multum distantia. Con-Mundi sulit mundus diuitias coaceruare, tu pau-cōsilia peratam amplecti; mundus voluptates, cor-diuinis porcasque delicias consecrari, tu corpus au-contraria, sterius tractare, carnem ieiunio, inedia, macerationeque duriori edomare: mundus dignitates & honores ambire, seseque extollere sublimius, tu vero humilitatem suades, vanitatibus valedicere, omniaque mundana flocci facere.

O salutaria, bona rectaque cōsilia! Nouerat hoc Salomon, utpote qui hac occasione dixerit, fatuum nihil omnino intelligere, nec futura prospicere, & solum quæ ante oculos versarentur inuenerat qui cōsiliis auscultat, nihilque nisi prudenter & prouide agit, sapientem & esse & dici posse: *Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit cōsilia.* Vere autem ille Sapiens est, qui cōsiliis diuinis credit, quæ in Evangelio fundatur. Paupertati scilicet voluntariæ, castitati perpetuæ, & obedientiæ integræ. Hoc enixissime à Domino postulabat Psalmographus, dū diceret: *Vias tuas demonstra mibi, & semitas tuas edoce me.* Vias & semitas hic pdu-

Confilia Euangelica dicitur illis Decalogi præcepta, his autem Euangelica dicitur illi erat, viam sibi declarari, sed per semitas semita.

Psal. 118.

Psal. 26.

Psal. 16.

cit, illis Decalogi præcepta, his autem Euangelica dicitur illi erat, viam sibi declarari, sed per semitas semita. Præcepta & mandata Dei via: maiores sunt & trita, per quas omnes cœlū ingredi possunt, & has demonstrari sufficit; uti Dominus in Evangelio adolescenti viam salutis petenti respondit: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*; at Spiritus sancti consilia semita sunt, quæ à quam paucissimis calcantur, maiori tamen securitate animas in cœlum deducunt: sed difficulter quis easdem ingredi & inuenire potest: quapropter à Spiritu sancto deduci & edoceri debemus, ut ille illius anfractus, ambages, introitum & exitum ostendat: idcirco vnusquisque ex animo dicat: *Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui* & *dirige me in semita recta*. Et alio loco: *Perfice gressus meos in semitis tuis*, &c.

Confilia illa Euangelica, quæ à Spiritu S. proficisci solent, dura & difficilia intellectu apparent: atque idcirco Dauid vias duras & scrupulos appellare non dubitabat: *Propter verba labiorum tuorum, ego custodius vias duras*; quasi diceret: Ob verborum tuorum honorem, ob reuerentiam quam sanctis tuis consiliis debeo, paupertatem dilexi, humilitatem conlectatus sum, regiam dignitatem conculcaui, castitatem ambiui, inque manibus tuis fidelem obedientiam me præstiturum spondi, quæ omnes viæ duræ & difficiles sunt, ingredientibus tamen peritiles. Ideoq; Patres contemplatiui consilia aujūm alis assimilant, quæ easdem quidem grauate videntur & impedire, harum tamen auxiliō sublime euolant, & à terra sustolluntur. Ita quoque consilia Euangelica, si quis accuratius inspiciat, ac penitus contemplerur, iudicabit grauiā & ponderosa esse, viamque cœlum versus impediētia, cum tamen rei veritate comperta, constet nihil eodem nos euehere facilius, nihil iter expeditius, & semitas planiores reddere.

Confilia alis conseruatit.

Quidquid sit, certum est Spiritū sanctum bonorum consiliorum authorem esse, & ad illum recurrendum, nihilque omnino sine illius consilio nutuque aggrediendum, atque hoc Sapientis consilium est in Ecclesia-

stico, sine consilio nihil facias. Et in Deuteronomio deplorabat Hebræorum sortē Moyses, quod temere facerent omnia: & Deum de futuris aggrediendisque in consilium nō adhiberent, *Gens, inquit, abque consilio est*, Deut. 32. *utnam saperent, atque intelligerem!* Non ita viuendum est, Auditores, sed diuinum in omnibus oraculum consulendum, & iuxta illius inspirationes, actiones & cœpta dirigenda. Cæterum consilium inter Spiritus sancti dona fortitudinem præcedit. Nunquam enim robur & animositas bonum ac salutarem consequuntur effectum, si consilium ac deliberatio non præcurrent & excitarent. Quamobrem Deo auscultandum, cum Deo loquendum prius quam arduum & sublime quid aggrediamur: consultatio enim salutaris, & præcipitatio & temeritas noxia.

Augustus Cæsar, ut ostenderet se in consultando lentum & omnis præcipitantiæ inimicum esse, pro symbolo delphinum habebat ancoræ ligatum, hac addita Epigraphe: *Festina lente*. Delphino nihil viuacius, nihil promptius, nihil celerius: nihil tardius, lentius ac ponderosius nauali anchora: docere autē emblemate volebat cōceptum promptitudinem recti & salutaris consilij, consideratione ac moderamine retinendam ac coercendam. Eius mentis erat Dauid Rex, cum diceret: *Audiam quid loquatur in me Deus*. Perinde ac si diceret: Cum salutaris aliquis conceptus in anima proculsus fuerit, eum ut ad effectum cogam, non festinabo, nisi prius Deum in consilium adhibuerim, diligenterque auscultauerim, quænam illius voluntas, quidque me facere voluerit, ac deinde insigni illi animæ, domo paterna iamiam egressuræ suasis, ne præceps esset, ac festinaret: consilia enim temeraria pœnitentiam post factum causantur; quare ait: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam*. Suasit, Deum ut audiret: consulentem; videretque quid ageret, antequam rem aggrediretur: *Audi promissa quæ pollicitus Deus is qui mundo valedixere, & vide pericula quæ hac in vita occurrunt*. Orate autem illam, ut oculos & aures aperiat, est illam edocere, non esse in rebus magni moment-

momenti præcipitandum, sed diligenter prius circumspiciendum quidquid incidere potest, quam opus aggrediamur, & ad actum procedamus, sed in materia cæpta procedamus ulterius.

Post consilium & fortitudinem sequuntur scientia & pietas, quæ inter Spiritus sancti dona etiam enumerantur, simulque binarium constituunt; ut hinc pateat, scientiam nunquam sine pietate virtuteque procedere debere, & nunquam vnâ sine altera a Deo concedi. Hic duplex Spiritus Elæ est, sunt duo oculi sponsæ, quorum in Canticis mentio: *Oculus, sicut columba*. Sunt duo luminaria magna, quibus mundus hic inferior illustratur. *Fecit Dominus lumina magna*. Sunt duplicia illa indumenta, quibus omnes sapientiæ domestici vestiti sunt, *Omnis enim domestici eius vestiti sunt duplicibus*.

Canticorum Sponsus enarrans quæ ad sponsæ ornamentum parauerat, inter cætera ait, darum se illi monilia aurea argento vermiculata; *Murennulas*, inquit, *aureas, faciamus tibi vermiculas argento*. Aureæ hæc murennulæ, virtutes denotabant, & vermiculationes argenteæ, humanas scientias, quibus virtus insignitur, & condecoratur: Spiritus autem verus animarum sponsus, fidelibus animabus ambas dare solet: Propterea in Sacra Scriptura inter cætera nomina scientiarum Deus nuncupatus est, *Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes*. Et sane ipse magnus Doctor est, qui omnium scientiarum facultates edocuit, quique sanctos Philosophorum, Theologorum & Prophetarum more loqui fecit. Quod testatur etiam Apostolorum Princeps Petrus, *Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines*.

Reliquum iam esset de timore loqui, quem tanti Psalmographus fecit, eum ut sanctum appellare non dubitavit, *Timor Domini sanctus*; alio vero loco, initium & fontem sapientiæ, *Initium sapientiæ timor Domini*: sed timor, quo timeo, ne de timore loquens longius & extra debitos limites prouehar, me retinet, ut vela colligere satius credam. Plura igitur hac de re non dicam, sed tota vos animi contentione adhortabor,

ut Spiritum sanctum adoretis, vosque dignos ad dona illius & gratias recipiendas reddatis. Recordamini igitur Spiritum sanctum eiusque dona sacratissima vallum & murum esse ignitum, quem Propheta prædixit, *Ego Zach. 1. ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu*. Sub illius protectionem tutelamque confugite, ille vobis sit turris refugij; orate, ut anima similis sit domui illi a sapientia extructæ, septem hisce donis, velut columnis solidissimis sulca & incumbens: illi supplicate, ut quemadmodum Elifeus Propheta mortuum Sunanimitis filium ad vitam reuocauit, septies in illum respirando, ita septem donis suis velut septenario anhelitu anima vestra peccato mortua, illius auxilio & ope ad gratiæ vitam reuiuifcat.

Hæc sunt, sanctissime, gloriosissime & admirabilis Spiritus, vota & supplicationes, quas hodie tibi offerimus, amor substantialis; donum Dei altissimi, dextræ Dei digitus, septiformis denique munere, dignare hodie pauperulas animas nostras visitare; tu putæ aquarum viuientium sensus nostros expurga, corpora ablue, conscientias nostras irriga; tuque œconome & summe bonorum cœlestium dispensator, animas exorna, sapientiam & intellectum iis largire, ut te viuuum agnoscant, & cætera despiciant; consilio & fortitudine eas insigni, nihil ut temere aggrediantur, nec præcipitanter destinata, conceptaque ad exitum deducant; scientiæ & pietatem concede, illam ad mentem illuminandam, hanc ad voluntatem accendendam. Sanctum denique timorem tuum elargire, ut hoc ductore & suafore iudicia tua perhorrescant, inferni supplicia reformident castigationesque quas in delinquentes exercere soles, assidue præ oculis habeant. Hæc nobis, Paraclite Spiritus, dona impertire, fac ut per septem hæc dona velut per septem quosdam gradus tandem ad cœlum enolare mereamur, æterna beatitudine ac gaudiis cœlestibus perfructuri, quorum nos confortes reddere dignentur Pater & Filius, & gloriosus Paraclitus Spiritus.

AMEN.

Se

F 3 IN

CONCEPTVS THEOLOGICI
IN DOMINICAM SS. TRINITATIS.

Partitio.

- I. De notitia Dei generatim.
- II. De unitate Dei, an sit, & unde cognoscatur?
- III. De modo duplici cognoscendi Deum.
- IV. Fides de SS. Trinitate qualis esse debeat, ostenditur.
- V. De SS. Trinitate ex S. Scriptura & natura veritas manifestatur.

Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. Matth. 28.

FIGURA.

Omnia aquarum reconditoriū ac thesaurus generalis Oceanus, in duos se sinus diffundit ac velut exonerat; quorum vnum, Mare mediterraneum, alterum Mare Rubrum Cosmographi nuncupant. Ad eundem etiam modum magnus ille Pater æternus, Oceanus, inquam, fons, in irium, ac scaturigo omnis diuinitatis, in duas alias se personas, velut in duos sinus marinos, exonerat, id est, communicat, in Filium scilicet, quem Rubrum Mare denotat (*Dilectus meus candidus & rubicundus*. Et alio loco: *Quare rubrum est vestimentum tuum?* aiunt apud Isaiam Angeli) & in Spiritum sanctum, cuius Mare mediterraneum; figura, quod medium inter diuinas personas locum occupet, vt qui Patris & Filij vinculum & amor, quæ tres personæ sunt in vnica & eadem essentia. In cuius rei figuram œconomus Pharaonis in somnis vineam, è qua tres pullulabant propagine, vidit; equidem per vineam hanc diuinitatem & per propagine, tres personas quæ inde emanant representari crediderim. *ô mirabilia! ô mysteria!* at in primis sanctiss. Trinitatis, quæ vnus in essentia vnitate Deus, & in personarum pluralitate trinus; tres personæ, quæ non nisi vnicum Deum, vnum Creatorem, eundem summum Monarcham, eundem omnipotentem, & vnum tamen Deum tribus personis distinctum, per-

Can. 5.
Esai. 30.

1749.

sonisque à se inuicem differentibus constituant; Pater enim non est Filius, nec Filius Pater; Spiritus sanctus vero nec Pater, nec Filius: Eadem trium essentia, relationes particulares. *O Trinitas!* ô mare! ô abyssi! te vbi ingredior exalbescō, te cum cogito expalesco; loquentem deficit vox, & caprum excedit materia. Non igitur nisi tremens ac formidans ad eam accedam, non nisi admirans de eadem loquar, & humilitatem eloquentiæ loco adhibebo. Quamobrem omnipotens Pater, verbum æternū, gloriose Spiritus sancte, Sanctissima Trinitas vnus Deus, cum vester hic honos ac diuinitas in scena versari debeat, orationis meæ cymbam dirige, tuque sacratissima Virgo, vnus harum personarum genitrix, & toti SS. Trinitati grata acceptaque, quæque stella maris ab Ecclesia dicitur, in hoc nobis Oceano velut Pharos & Cynosura appare, & benignū propitiū que te sidus exhibe. In hunc itaque finem, antequam linguam & eloquium expandam de huiusmodi materia acturus, genua in terra prostrati, sanctissimam Trinitatem adoraturi curuabimus, simul Angelica te salutatione compellaturi:

A VE MARIA.

Simonides Philosophus, referente in libro de deorum natura Tullio, interrogatus ab Hierone Siciliae Tyranno, quidnam Deus esset, triduum sibi ad deliberandum postulauit: quo euoluto, decem, ac deinde triginta dies petiit; cumque tandem tyrannus quæstionis solutionem importunius peteret, ait: *Quo diutius considero, eo mihi res videri obscurior & intricatior.* Deique natura omnem humani ingenij caprum excedit, nec mortali bolide profunda hæc abyssus metiri potest. Hic enim ingenium & mens terrena succumbunt. Quod olim Philosophus hic de Dei vnitate inter Ethnicos dixit, ipse potiori hodie iure inter Christianos, de Deo vno & in personis trino asserere possum. Nam vt vobis quis qualisve sit dicam, non tres, non decem, non triginta; vt Simonidi dies sufficerent, sed mille & mille anni, & amplius, ac tum etiam libere profiteri possem, quo diutius rem perpendo, eo mihi eandem

Simonidis dictum.